



B C R

Vita Scolastica.



Herudium primo viuendi forma docetur
Postmodo doctorum: deniqz finis erit
Euisse veni: remoz tuo succurre benignus
Transiret ad portus nauis vt ista suos
Fratri Bonuicini De Ripa Mediolanensis.

C De discipulorum preceptorumqz moribus.

Ut per grammaticam sapientia possit haberi
Hic clauis lector dat tibi quinqz liber.
Clauibus bis quisquis referauerit ostia quinqz
Inueniet cameram: qua cathedrata sedet
Riginam cernet nitido variamine comptam:
Aspectu miram: virginitate meram.
Virtutum numero sociatam cernere quibit.
Veri thesauri fertilitate grauem.
Hec radiens fuscis homines radiare laborat
Ditat mendicos: ⁊ dape replet eos.
Nobilitat viles: miseros releuare videtur
Eius amatores ornat. honorat: amat.
Adiuuat hortatur minimos facit esse potentes
Liberat: ⁊ nunquam fida relinquit eos.
Vitam securam prestat. vitiumqz repellit
Et dignos illos laudibus esse facit.
Clauibus ergo meis cameram referare parato:
Ut tua sit dictis bursa repleta bonis.

C De prima clauis qui est timor domini.

Mente timere deum pura: primaria clauis
Est sine quo stabilis gratia nulla datur
Dupliciter dominus sincera mente timetur
Despiciendo malum perficiendo bonum
Errores igitur fugias: ⁊ stato fidelis
Nam valet absqz fide nemo placere deo.
Neglector: fidei peior quam demon habetur
Credit enim demon sed caret ille fide:

Carbolicus constans igitur nullatenus here.
Ut fundamentum sit tibi vera fides:

De cogitatione.

Postmodo despicias medicamina cordis iniqua
Cor bene correctum fertile gignit opus
Intima si forsitan temptatio vana subintrat
Otia sperne legas aut operare bonum
Aut moueare citus quo sic certamina vincas
Obstes principio postmodo victor eris
Sic obstes ad cor. ne serpat iniqua voluptas
Peccati spoliet ne mora longa domum
Tota fit in domino feruens intentio cordis
Ut discas quicquid discis honore dei
Fac tibi proponas quod sic operaberis artem
Quod dominus per te glorificatus erit.
Proposito tali dabitur tibi gratia maior.
Sic et abundanti dogmate dignus eris.
Tutius in studio viues magraueris et si.
Interea liber spiritus astre petet.

De locutione et lingue restrictione

Quod loquio sapiens discreto dirige linguam
Lingua licet mollis. frangere dura potest
Lingua tibi non sit detractis subdola vana
Grandis adulatrix falsa superba loquax
Non ea blasphemet maledicat nec arroget vnquam
Promere clamorosus respuat illa sonos
Non discros audax non germinet aspera lites.
Non sit morbi fere causa maligna rei.
Turpia non promat non derisoria verba
Non peri vratrix: non possitiua mali.
Non cito tristitie noua sit narrare parata.
Non hostis falsi nomen in ore sonet.
Non des sermones vbi non prodesse videbis:
Nam coram porcis nil preciosa valent.

At potius verax humilis discreta modesta
 Sit fructum pariens dulcis honesta pia.
 In multis patiens benedicens tota faceta
 Sit consolatrix ⁊ noua leta ferens.
 Inter discordes properare mitiget iram
 Ac inter socios sit positua boni.
 70 Sepe bonum laudet sapienter crimina culpet
 Tempore sit sterilis tempore feta suo.
 Sepe sacerdoti proprio sua crimina pandat
 Sepe tuo domini nomen in ore sonet
 Plus tua quam genti domino fac verba placere
 75 Non cunctis verbis reddere verba velis.
 Que secrete tibi dicuntur clausa teneto:
 Alter ni forsan curius esse velis
 Non indiscrete socioꝝum crimina pandas.
 Adultociens odium verba iocosa mouent
 80 Quicquid dicatur resonet responsio dulcis
 Tempore sermo quoqꝫ prestat auarus opem
 Ad multiplicat caror vox dulcis mitigat hostes
 Lingue dulcedo dira venena fugat
 De humilitate seruanda ⁊ superbia reprimenda
 85 **A**biectis vitijs: iustos opera bere mores.
 Non solis verbis sufficit esse bonum
 Vitam deducas humilem: vitando superbam
 Non iraconde: sed patienter agas
 Ad iuga doctrine qui vult se subdere recte
 Informam serui flectere colla paret
 90 Gratia vult humiles: odit diuina superbos
 Hos premet omnipotens: ac releuabit eos
 Postquam luciferum meditata superbia strauit
 Quis peream merito iam releuatus erit
 Cor tumidum feriens sapientia vera resultat
 95 Digne dante deo mitte subintrat ea:
 Indictam querit: sapientum dogmata frangit

Cor premit ira frequens consiliumqz fugat
¶ De inuidia fugienda.

Ne sis rixosus contendens inuidus asper
Immo pacificus inuidiosus: amans
Est ubi turbamen. discendi forma fugatur
Capere doctrinam corda quietata valent
Si tua doctrine sint vasa capatia multe
Non hinc te iactes: sed tua corda premas
Ne sis arrogans: ceu clericus ille superbus:
Adens erat omnino cuius in **ERSO** tumens
Post mortem proprio comparuit ille magistro
Tartara cui fastu se subiisse tulit
Doctoris palmam sudoris gutta forauit
Discipulum testans: igne perire graui
¶ De recognitione gratiarum. Et iniuriarum remissione.

No **A** Domino noscas quod habes: benefeceris ⁊ si
Te laudent alij: mitis ⁊ ipse tace
Cum possis etiam socios superare caueto
Posse quidem satis est velle nocere malum
Verbis ingratis igitur vel quolibet actu
Non contra socios dira venena geras
Non est expediens iniuria querat vt omnis
Vindictam fieri si quoqz iure queat
¶ Adiraculum pro exemplo.

Quidam magister erat parisius cui apparuit quidam eius discipulus clericus post mortem sicut ei promiserat in egritudine sua: habens cappam totaz sophismatibus scriptam qui interrogans a magistro in quo statu erat: Respondit quod erat in inferno: dices quod quilibet littera vt ei videbatur habebat pondus vnus turris: ⁊ ibidem multum cruciabatur. ⁊ hanc penam habebat propter vniam gloriam quam habuerat in sophismatibus dixit etiaz quod totus ardebat. Qui

discipulus interrogatus a magistro suo vtrū esset mul-
tum horribilis pena dixit ei porrige manum tuam vt
Aliquid scias de mea pena. Tūc magister porrexit ma-
num suā discipulus autē stillauit vnā guttam sudoris
sui super palmā eius que cōtinuo perforauit eaz peni-
tus tanquā ferrum acutū: nec postea potuit aliquo me-
dicamine sanari. Adagister autē magnopere pterritus.
Intrauit Sanctam religionem dicens.

In quo ranis coar: cra coruis vanaq; vanis:

Ad logicam pergo: que mortis non timet Ergo.

De luxuria vitanda 7 castitate seruanda.

O Adnem luxuriam fugiat qui discere gliscit
Cum fetore quidem non bene iuncius odor

¹²⁰ De decet in sedis pretiosa sientia vasis:

Stercore thesaurus nobilis esse dolet.

Ut doctus fias mulierum cesset amamen

Doctrine zelo carneus obstat amor.

Spiritus 7 corpus mulierum putret amore

¹²⁵ Adens alienatur negligiturq; deus

Virtutes mores es vires gratia fama:

Ufus lucra decus diminuuntur eo:

Ex tanto vitio consurgunt crimina lites:

Ire bella focus fama pudenda nimis.

¹³⁰ Cedet rursicitas opprobria deducus ausus

Derisus damnnum falsificata fides

Corporis ac anime pestis corruptio fetor:

Pauperies leuitas deniq; multa mala

Peruagus hinc fit homo lascius prodigus amens

¹³⁵ Totus ad hec datus est cetera peius agit

Quam fortes iustos sapientes semina strauit.

Quod Sansone Dauid 7 Salamone patet

A De sodomitico opere vitando.
Bsit amor: turpis sed plus sodomitica sordes

Fetorem domino dans super omne scelus
Hoc speciale scelus dominus plus vindicat ipse
Crimen ob hoc vrbes quinqz ruere simul
In qua nocte fuit **C**hristus de vir gine natus
Quilibet interijt tunc sodomita simul
Vult **A**ugustinus scelus est cum matre cubare
Contra naturam plus sibi peccat agens
Ergo precipue caueas a crimine tanto
Dignus comburi ni forte: forte velis
Et caueas iunquam socio sociabere tali
Auctorem sedum ceu fuges acta fuge
Sis igitur castus sermonibus actibus intus
Inte comperiat digna sopia locum

De gulositate vitanda ⁊ abstinentia obseruanda

Qerue voluptati ne sit gula debita multe:
Que non doctrine ventris amica manet
Extollit carnem terit es cor suprimat illa
Dat stimulum carni: multa tacenda gerit
Impugnat ventrem dat somnum datqz podagra.
Adultis morborum causa necisqz fuit.
Hec pellem fulgere facit: cor reddit opacum
Preparat ⁊ pinguem vermibus illa cibum
Precipitauit **A**dam paradisi sede virentis:
A patrijs esau depulit illa bonis.
Discipuli formam renuit: precorizqz resumit
Ventri vel scorto: qui sua corda dedit.
Sint procul ebrietas: ⁊ crapula discere si vis
At discas: discas ponere frena gule.
Discipuli quidam come donum nomine digni
Sunt quibus est visa lectio crebra gule.
Pastibus bis certis non sufficit esse refectos:
Aut in **I**r: aut gremio: aut erit ore cibus
His locus ⁊ tempus studij sunt dedita ventri
His ⁊ brutorum regula sola placet

Nisi non discipulis cum porcis esse merentur
Nisi non esse scolis imo merentur baris.

Sobrietates igitur tibi sit potuq; ciboq;.

135 **N**amq; leui stomacho discere plura potes

Quantuncunq; potes ieiunia debita serues

Tempore cum teneres discere timere deum

De vestibus delicatis vitandis et lecto amplo.

Non lato lecto nec molli veste potiri

180 **C**ures: dum membris non nimis obstat biens

Si tibi corporei: sit cura superflua comptus

Signum lasciuie: non sapientis ideo est.

De aleis euitandis et eius speciebus.

Alea vitetur: ludi simul omnis et usus

Nam nocet id burfis: et vaga corda facit

A studijs reliquis alienat corda scholaris.

185 **V**irtutes mores consiliumq; fugat

Blastemare deum docet et turbare penates

Desperare facit: dat misereq; mori.

Diuat: sternit opes vitium scelus omne ministrat

Surta docet: predas luxuriamq; simul:

190 **S**epe fit ut gladius quam plures iudicis inde

Exitio merito subdere colla petat

Ergo tibi caueas predicto prorsus ab usu

Ne mala petora: pessima damna feras

De crebris choreis euitandis.

145 **T**erminus moneo crebras vitare choreas

Cordis ut a studio non vageretur amor:

Asu cor vanum reddunt spectacula vana

Fundamen stabile fert studio sus amor:

De clubuxurie vicio predicta tenentur

Que nisi vitentur litus arare petis.

De auaritia vitanda: et cupiditate.

200 **A**c ne sis cupidus fugias quoq; nomen auari

In quo verus amor nescit habere locum.

B

Non deus eius amor. nec homo. sed bursa repletas
Ac econuerso vir amat vllus eum.
Non alius deus est nisi sola pecunia seruo.
20 **A**rdenter petit banc orat honorat amat.
Corporis ac anime proprie neglerit amorem.
Hec paradifus ei gloria vita falus
Hanc cumulare studet banc est fua curat tenere
Pro nibilo reputat omnia preter eam.
20 **N**unquam thefauro triftis faciatnr auarus.
Potibus hydropicus ariditate focus.
Non habet hunc mundum nec sperat habere futuruz.
Res mala spes peior peflima pena fequens
Hic non mendicos nec amicos nofcit egentes.
215 **O**dit eos crudus non miferetur eis.
Cum debet nimis est alijs expendere parcus.
Cum quis eum pascit viuere largus erit
Hic propter bursam falus periurus iniquus.
Difcors detractor non caret arte doli
220 **P**reditor ingratus villanus absqz rubore.
Corporis ac animi vim mulieris habet
Non est egregius sapiens nec dignus honore
Utilis aut mundo non fibi nonqz deo
Hoc facit vt capiat bona fi qua parare videtur
225 **N**on hominis nomen demonis immo meret
Hoc vitio multos iam desperare refertur.
Qui proprie demum caufa fuere necis.
Prodidit hinc chriftum iudas fe cafus ⁊ ifum
Aftus aque guttam diues habere nequit
23 **U**t per luxuriam mundum iam perdidit equor
Sic per auaritiam destruet ignis eum
Hanc igitur fugiat vt dignus dogmate fias.
Hanc fuge quam bonitas quam fugit omnis bonor:
Non cupias aliena tibi fis faluus vbiqz.
23 **C**ontentus rebus fac potiare tuis

Non te paupertas horretur furta rapinas
Infamis paupertus stercore stercus erit.
Pauperiem tollit de stercore fama refulgens
Vita sed infamis prorsus ad imma ruit.

¶ De largitate.

Sis igitur largus velut expedit ⁊ potes ipse
Sic bonus egregius sic nec facetus eris.
Largus soluendo cum debes largus emendo
Libros ⁊ quicquid tu tibi noscis opus
Largus honorando socios propriumq; magistrum
Pauperibus largus: largus honore tuo.
Qui solidum saluat nummus bene traditur ille:
Denarius nummos tempore mille vallet.
Largus doctrinam decus es de iure meretur
Hunc deus: hunc homines est quia liber amant
Est miserens miseris: dominus miserabitur illi:
Dat dabitur celum mundus hic eius erit
Dum vixit diues dare noluit indiget ac nunc
Nec guttam repperit qui sibi mittat aque.
Et contra miserans quoniam dabat ipse tobias
Gaudia nunc factus celi ca diues habet

¶ Qualiter videas cui des.

Quid des cui largus quid quantum cur vbi quando
Discrete videas vt sapienter agas
Nam nisi discrete non largus prodigus imo.
Est leue largiti sed ratione graue.

¶ De corporis sensibus bene regendis.

Nec rursus documenta tibi mea bursa ministrat
Fac pariant fructum lecta legenda bonum.
Aduertas oculos ne sint ad inania prompti:
Cor vanum capitis lumina vana notant.
Stultas non cures intendere vocibus aures.
Delictis nunquam sit data lingua nimis.
Non manus ad tactus in honestos prompta feratur

Olfandi ponas naribus ipse modum:

¶ **U**t studeas ponere sensus ad celum.

Omnes ad celum studeas intendere sensus:

Ut digne celi sic repleare bonis.

¶ **D**e euitandis malis societatibus.

270 **Q**uam socijs sapiens non conuersabere vanis

Usu vilescit res bona iuncta malis

Infames socios opus est vitare bonorum

Nam quales socios talis haberis babes.

Si fidus reperis sapientes moribus aptos

275 **N**os pro thesauro te penes ipse tene

Et decus ⁊ lucrum bona conuersatio prestat

Usu clarescit res bona iuncta bonis

¶ **D**e charitate exercenda specialiter erga socios.

Duperibus large socijs elemosina detur

Ceui potes ac alijs hic quoq; pone modum

280 **L**apsis turbat: paruis dubitantibus egris

Trade manum: mel: sel consule perfer opem

Iraris rudibus prouectos moribus aptos

Cede locum profis consule sepe proba.

Conctis deserui socijs est quando necesse.

285 **I**llis precipue: quos bona fama probat.

Fac sic vt merito socius te deligat omnis.

Fertur qui seruit non ratione perit.

Sis inter socios operosus ponere pacem

Si quis stultizer non tibi rifus erit

290 **A**ccidiam fugito tristis piger esse caueto:

Sis illaris vigilans promptus ad omne bonum

¶ **Q**uid sit agendum mane ⁊ sero.

Surgens ac intrans lectum crucis exprime signus

Ut stertas vigiles titius ipse tibi

Nec subscripta duo domini reuerenter honore

295 **O**mni cum surgis carmina mane feras

¶ **O**ratio dicenda mane.

Terogó **C**hris̄te pie: precibus meritisq; **M**arie
Per loca me salua me rege qua; die.

Oratio dicenda sero.

Ast omni sero cum vis dare membra quieti.

Tutius vt stertas quattuor ista canas

Chris̄te deus vere Sancte genetricis amore

Corporis ac anime sit tibi cura mee.

Hostis ab insidijs conctis ac nocte tuere.

Peccaui fateor tu miserere mei.

De signando cibo ⁊ potu.

Cum bibis aut comedis signo crucis omnia signes

Nomen christi cole fac mereare tibi

De patre ⁊ matre reuerendis.

Oblige iussa faue: metuas reuerere parentes:

Subiecus patiens verbera: verba seras.

Plas etiam matri sis dulcis nulla retorquens

Verba nec existens ad pia iussa piger.

Patri vel **M**atri quisquis maledixerit ecce:

Iussit eum merita morte perire deus

Qualiter diligas patrem ⁊ matrem.

Quis longeus super terram est tibi scriptum:

Diligito patrem: diligitog; matrem

Judicio domini legitur vindicta ruisse

Adulta super natos. qui renuere patres

Absalon est testis: subita qui morte peremptus:

Egregio patri sponte rebellis erat.

De septem turba fratrum triumq; sororum:

Vindictam legitur matre tulisse deum

In festos matri: mater maledixit: ⁊ omnes

Tacti continuo peste fuere graui.

Adiraculum pro exemplo.

Sicut narrat **B**eatus **A**ugustinus: **A**pod cesarej

Am capadocie: erat matrona nobilis vidua habes
septem filios: ⁊ filias tres: qui ei inobedientes quadam

vice offenderunt eam: Ipsa autem turbata maledictio
nem suam filiis imprecatur. super quos omnes diuina
vidicta iruit horribilis valde: nam omnes tremore me
briorum omnium horribiliter percussit sunt. Qui do
lentes et nimio rubore effecti noluerunt morari ubi co
gnoscerentur: sed vagati sunt omnes tam septem fra
tres quam sorores: per totum orbem dispersi: et quocumque
ibant omnes homines conuertebant ad pietatem in eos.
Quorum duo. scilicet vnus nomine paulus et vna de sorori
bus eius nomine palida meritis beati Stephani pro
thomartiris liberati fuerunt.

¶ De missis frequentandis.

Quando tempus habes missas audire frequentes

¶ Ut videas Christum Virgine matre natum

¶ Atque fide plena visum deuotus adores

325 **¶** Ipsi commendes atque domumque tuam.

¶ Presbyteri digitis capias signacula demum

¶ Illa crede die plus tibi tutus eris

¶ Hoc iuuenis quidam monitu faciendo parentis

¶ Fugit ab iniuste prodicione necis

330 **¶** Vitauit foueam quam pro ditior inuidus egit

¶ In quam detractor incidit arte sua

¶ De regimine in ecclesia habendo

Sancta sparsus aqua signatus nomine crino

¶ In templum domini fac reuerenter eas

¶ Vertice velato vites intrare facetus

335 **¶** Deuotus tacitus tramitte iuris eas:

¶ Altari coram flexus reuerenter adores

¶ Regna dei primo querite. Jesus ait.

¶ Miraculum pro exemplo.

Iuuenis quidam a patre suo inter cetera monitus

¶ Omni die si posset in honore Christi et matris eius

¶ missam audiret Cum quodam domino morabatur

¶ ut ei seruiret. Cui quidam conseruus inuidens. quia cas

rus esset domino plusquã ipse insidias tetendit vt posset
facere euz destrui in tanto quod eius dominus qui
zelotibus erat. credens seruo inuido ea que dixerat de
iuuene innocente cogitauit qualiter occulte eum prode
ret. ⁊ statuit cum vno magistro fornacis accensa forma
ce vt primum nuntium quem ad eum mitteret in ma
ne informacem proiceret: Innocens autez iuuenis ⁊ in
scius rei iussu domini sui mane ad fornacem vadit sed
in itinere cum transiret audiuit missam in quadam ec
clesia celebrari: ⁊ ibi moratus est vsqz in fines officij di
uini Interea seruus inuidus scire desiderans iussu do
mini sui ad fornacem iuit vt sciret si magister fornacis
impletset quod ei preceptum fuerat cum autem magis
ter fornacis cum vidisset credens quod esset ille qui cõ
buri debebat. quia primus erat combusit eum ⁊ sic in
uidus digne incidit in foueam. quam alteri parauerit
deinde iuuenis innocens finita missa iuit ad magistrum
fornacis. Qui dixit ei vade ⁊ sic domino tuo quia bene
compleui mandatũ eius: ⁊ sic innocens iuuenis a mor
te liberatus est qui postea recognita gratia intrauit re
ligionem ⁊ fuit deinceps seruus xpi ⁊ matris eius.

De orationibus fiendis ⁊ primo ad Beatã Mariã.

Si vis reginam per carmina nostra preclari:
Hec infra scripsi carmina sena tibi.

Mater aue Christi sanctissima virgo Maria

Partu post partum sicut ⁊ ante manens

Virgo que Christum peperisti lacte ducasti

Ade rege me salua me tueare potens

Ade tibi commendo me virgo relinquere noli

Ne peream: Christum funde Maria preces

Oratio ad quemuis Apostolum.

Si forsam quisquã tibi prosit Apostolus optas

Talis deuote fungere verba prece.

Sancte rogare deum digneris apostole Christi

Ut mihi sit parcens debita concta pius

350 Ut mihi dignetur misereri scedulus oves,

Nunc regat banc animam deniqz saluet eam

Oratio ad quemuis martirem.

M Artiris auxilium si cuius querere gliscis:

Quattuor bec infra dicre metra potes

Sancte dei martyr qui Christi nomine passus

355 Pugna presenti celica regna meres.

Pro me funde preces vt victis deniqz bellis.

Leta petat merito spiritus astra meus.

Oratio ad quemuis confessoem.

S i confessoris cupis impetrare iuuamen

360 Istas contrito porridge corde preces

Inclite confessor Christi quoqz serue fidelis

Qui dispendisti quinqz talenta bene

Nunc a peccato post mortem morte pereni

Pro me fac precibus liberer ipse tuis.

Oratio ad quamuis sanctam virginem

365 **A** uxilium sancte cuiusquam virginis optans

Tales deuoto pectore funde preces

Virgo dei martir que Christi proisus amore

Carnis calcasti gaudia vana tue.

Suppliciter Christum pro me rogitare procures

Carnis vt ac anime sim sine labe mee.

Oratio ad adorandam crucem.

370 **Q** uam saluatoris crucifixi tactus amore:

Quis decorare crucem sic reuerenter ai:

Salue crus in qua christus moriendo pependit

Et per quam mundi tota redempta salus

Christe deus qui factus es homo pro crimine mundi

375 In cruce migrasti: tu miserere mei.

Oratio ad quemuis sanctum.

S i celestis quisquam quicumqz sit ille:

Quis iuuet: aut celi curia tota cane

Pro me sancte dei te queso iugiter ora.

Sancte dei precibus me tueare tuis.

Oratio ad totam curiam celestem

380 **S**it mihi subsidium celestis curia rota:

Spiritus vt vincat prelia contra meus

De regimine morantium ad missas

Officium Sanctum si vis audire moratus

Talem carpe locum ne moueare rubens

Vocibus intentus diutinis esto quieto

385 Et tacitus certo tempore surge sede

Quinq; sit officium desistas sepe vagari:

Aut oculos circum uoluere quaq; vagos.

Cum spuis aut aliquid fedi de corpore pellis.

Conculces caute si locus aptus erit

390 Tunc euangelij legitur cum lectio sancti.

Pande caput solitas fac tibi fronte cruces

Aures intentus verbis adhibeto salutis

Gratia fit domino sine relata deo.

Virginis auditum nomen reuerenter honora

395 Auribus hec tibi vox dulce Maria sonet.

Cum Jesu Christi nomen canit ipse sacerdos

Flexa cernice fac reuerenter idem.

Presbyteri manibus tunc hostia quando leuatur

Hostia facta deus integer est et homo

400 Tunc genibus flexis capitis velamine dempto

Carmina deuote quattuor ista moue.

Christi Corpus aue de sancta Virgine Natum;

Viva caro deitas integra verus homo.

Salue vera salus via vite redemptio mundi.

405 Liberet a cunctis nos tua dextra malis.

Quando leuat Calicem.

Quando leuat calicem manib; cor surippe iunctis

Ac infra totidem carmina scripta seras

Christi sanguis aue celi sanctissima potus

✠

Vnda salutaris crimina nostra lauans
410 **S**anguis aue lateris Christi de vulnere sparse
In cruce pendentis vnda salubris aue
Vertice de tecto cum sumes oscula pacis
Os ter sum socio pomige nonq3 genam
Et dic par tecum nec dedignare facetus.
415 **O**scula pro Christo pauperis atq3 senis
Quod faciunt alij sapiens imitare fideles
Fac bona sit populi vita magistra tibi
Presbyteri digitis capias signacula demum
Vertice de tecto flexus vtrunq3 genu
420 **S**i quid presbytero vel in ara forsitan offers
Recta tibi sit mens ⁊ reuerenter agas

¶ De honorando Corpore Christi

Presbyterum transire vides cum Corpore xpi
Audans flecte genu sis vbiunq3 caput
Omnes celestes terrestes imma colentes
425 **S**e flectant. Iesu nomine Paulus ait.
Sic demon quidam cantatus carmina fecit:
Arcuit hoc fieri non amor immo timor

¶ Miraculum ad premissa.

Quidam demon incantatus a quodam mago: cor
ram eo apparuit in formam iuuenis succincti ha
bentis coronam in capite ⁊ chirotecas in manib⁹: Qui
cum ad quesita responderet: Ecce quidaz sacerdos cū:
corpore christi transibat iuxta quibat ad communican
dum quendam infirmum tunc demon stari posuit cor
ronaz in terra ⁊ extraxit chirotecas flectens genua do
nec presbyter transiret in reuersione presbyteri sine cor
pore christi: cum ad huc demon esset tibi flexit vnum ge
nu tantum magnus vero admirans interrogauit euz
cur hoc fecisset Qui respondit primo ob reuerentiam
Corporis Christi feci: quod feci: Nam scriptum est in
uomine Iesu flectatur omne genu celestium terrestiu

et infernorum licet fecerim hoc coacte. In reuerſe aũt
presbyteri cum esset siue Corpore Christi fieri tantus
vnum genu propter reuerentiam sacerdotij cum sacer
dos sit in loco Christi et nota quod propter hoc mira
culum institutum hoc fuit statim ab ecclesia dei vt ois
presbyter cum transit cum corpore Christi habeat secu
tutinabulum et lanternam cum lumine.

De reuerentia adhibenda presbyteris.

Presbyteros vbicunq; vides reuerenter honora
Namq; vicem domini presbyter omnis habet
De confessione peccatorum.

730 **S**pe sacerdoti proprio fateare reatu
Ipsum te damna iudicis ira cader
Ad quem eum vadis contritus pectore toto
Que dicturus eris premiditatus eas:

735 **V**ade ad eum tanquam timidus reuerenter ad illum
Offensor veniam corde dolente petas
Flectaris dempto capitis velamine sed si
Precipiat retegas ne patiare caput.
Non eodem banco sedeas tua crimina pandens
Ast humili potius sit tibi terra quies.

440 **N**on homo sed deus est hoc casu quisq; sacerdos:
Crimina secure confitearis ei.
Ambages linque tantum tua crimina pandans
Alterius culpe pandere facta vocet.
Quo scelus horridus plus est fateare necesse

445 **V**ita medens curat vulnera tecta nocent
Ne sis quem necuit demon qui cetera fassus
Presbytero tacuit turpe robore scelus
Adducit Miraculum in exemplum.

Quidã miles confitens peccata sua Epõ suo cõfesi
sus est omnia excepto vno abominabili peccõ qd
erubuit cõfiteri qm cũ bonõ reputaret erubescat tm sce
lus pãdere quo ab epõ sepato: qdã d familia epõ accetit

ad ipsum tertius ⁊ dixit ei Nonne domine vidistis quod
vidi respondit: episcopus quid vidisti: dixit famulus quod
milles qui recidit venit ad vos habebat catenam circa
collum: ⁊ dum fuit coram vobis vidi quemquam canem
qui de formis ⁊ niger precedensque ducebat eum vin-
ctum non de reliquens eum ⁊ quando recessit nundum
dimisit eum: sed precedens tenet adhuc eum ligatum
tunc episcopus tertius cogitans quod canis ille diabolus
esset qui nundum dimiserat eum quia non fuerat con-
fessus omnia sua peccata. statim misit nuntium ad mi-
litem ut sine mora reuerteretur ad eum. Nuntius au-
tem quando fuit prope hospitium militis audiuit cla-
mores flentium ⁊ plorantium in domo eius interro-
gavit quid hoc esset: ⁊ dictum fuit quod miles ille subi-
to mortuus inuentus erat ⁊ suffocatus in via.

De peccatis confitendis.

Quam cito peccati sentis gravitate gravari

Tutius ut viuas consistere citus

Est sapientis enim vitare pericula caute

Nam multos subita morte perire pater

Presbyteri post confessus perforce iussa.

Ad vomitum rursus velle redire caue:

De deuotione habenda erga Virginem Mariam.

Urgo maria tibi fac sis specialis amica.

Hanc decores oves hanc reuerenter ames

Hulus ad hanc fugias clames violatus ad ipsam

Teque recomendes contribulatus ei.

Hec est virgo decens David de semine nata

Mater: nata soror: baiula sponsa dei:

440 Hic magistorum doctrina discipulorum

Est reatrix calatus docta magistra vie

Hec est pupillis viduis interantibus egris

Mater consilium pausa medela leuis

465 Desperatorum flentium turbaminis estum
Est spes est risus aura serena fugans
Mundi lapsorum paradisi flebilis orchi.
Nec est via quies porta beata dolor
Nec humiles inopes lapsos peccata fideles
Exultat dirat subleuata abdit amat
470 Debilium vere pietatis Virginitatis
Est baculus firmus vera patrona decor.
Nec peccatores recipit iuuat atq; tuetur
Dum tantum fugiant sub sua tecta citi.
Nec castellani seruans a demone corpus:
477 Ac animam saluum deniq; fecit eum

¶ Miraculum pro exemplo

Quidam castellanus tante malitie erat q; omnes
transeuntes per partes illas sine miseratiōe spo-
liabat & licet tam pessimus esset tamen reuerebat Vir-
ginem Mariam & quottidie salutabat eam & sepe & cū
deuotione contigit quod Beatus Bernardus transi-
bat per partes illas qui a predonib; quos castellanus
ad suas petitionem tenebat spoliatus fuit hic autez cū
eis iuit coram castellano nec potuit precibus ab eo im-
petrare vt spolia rederentur tunc precatus est eum vt
saltem totam familiam suam: & omnes habitantes cō-
gregati in castello congregaret vt coram omnibus di-
cat quedam vtilia. Quo facto cum omnes congregati
esset excepto canepario castellani latentis tunc Bea-
tus Bernardus dicens nihil posse facere sine illo tan-
diu fecit enim inquiri quod ipse vix adducitur: erat au-
tem ipse caneparius demon. qui formam hominis as-
sumperat adiurauit euz per nomen Christi vt mani-
festaret corā omnib; quis esset: & qualiter hic esset Qui
coactus adiuratione dolens & tristis manifestauit se es-
se de nomen in specie hominis: cum castellano manu

fisse annis quattuordecim vt cum occideret tunc iterum interrogatus a Beato Bernardo quare tanto tempore cum eo castellano stetisset: et non occidisset eum: respondit dicens quod potestatem habebat occidendi eum quacumque die non salutasset Virginem Mariam. Et quia castellanus nullam diem miserat in qua non salutasset eam ideo ipsa mater dei defendit eum a morte. Tunc Beatus Bernardus dimisit eum qui coram omnibus euauit ad oculos eorum castellanus bis visus et auditus territus vitam suam in bonum commutauit.

Hec quoque piratam que eam reuerenter amauit
Eterna vetuit perditione mori

CA Miraculum pro exemplo

Quidam pirata pessimus in mari quadam die nauis fracta naue naufragium passus est qui solus viuens in aqua ceteris eius socijs submersis totus comestus est a piscibus exceptis capite: corde nervis ossibus et paucis membris non tamen mori potuerat interea nauis quedam pertransit in qua erant duo fratres minores qui transibant per partes illas. Tunc illi qui erant in naue audierunt voces pirate clamantis et lamentantis qui autem erant in naue nihil uidebant et timuerunt quorum duo descendentes in quandam barbetam demum viderunt caput pirate clamantis qui mirati quomodo uiueret interrogauerunt quis esset ille autem manifestans se fuisse pessimum piratam dixit quod naue fracta in qua erant omnes socij eius in mari perierunt omnes ipse vero non poterat mori quia impetrauerat a Beata Maria se non moriturum nisi prius confessus esset quia ipse deuotus erat Sancte Marie et omni hebdomada faceret suum ieiunium: hoc dicto fratres audiuerant confessionem eius et facta absolutionem statim emigravit.

480 **H**ec desperatum pro nati crimine patrem
Corporis ac anime mortis ab ore ruit
Iudicij eterni stans coram mitigat iram
Semper pro nobis porrigit illa preces:
Hanc igitur fili dominam reuerenter honora
Fac tua quotidie lingua saluter eam

¶ Miraculum pro exemplum.

Agricola quidam misit filium suum ad ciuitatem
vt adisceret cantum qui adultus factus est sacer
dos ⁊ inuitatur multos ad missam nouam patrem au
tem non inuitauit quia homo vilis videbatur: tamen
ipse nouit diem statutum ab alijs: qui cū pullis ⁊ mul
tis bonis viuet ad ciuitatem vt interesset misse filij sui.
Quē videns filius dolens ad ventu patris quam cito
potuit fecit patrem reuerti ad domum ne cognoscere
tur quod esset pater eius. Ille autem reuersus domus
cogitans quia speratus esset a filio desperat⁹ cepit vo
care diabolum cum magno clamore qui subito appar
uit ei in specie magne auis ⁊ visu terribilis ⁊ dixit agri
cole quid vis ecce hic sum dixit agricola vt suspensas
me per gulam dixit diabolus ducas corrigiam tuam:
⁊ noli nominare nomen magistris dei quo facto cum
diabolus leuaret eum in aere sensit agricola dolorem
⁊ penitens sicut potuit noiauit Mariam quo noie au
dito diabolus dimisit eū ⁊ fugit ⁊ sic vgo Maria libera
uit despatū a morte aie ⁊ corpis ⁊ deinceps egit pniaz.

485 **H**anc igitur fili dominam reuerenter honora.
Fac tua quotidie lingua saluter eam.

¶ Dicitur est de prima claue sapientie

In primam docui clauem te carpere lector
Que super omne quod est sit retinenda tibi.
De qua sufficiat potuissim scribere plura
Que puto pro rudibus vttiliora dedi.

490 Ferre iugum domini discas in mollibus annis;

Moribus vt iustis confiteare tenet.
Et veteri ramo poterit vix torqus haberi.
De facili flecti virga nouella potest.

De secunda clauē que est timor magistrī.

997 **E**cce secunda monet clauis decorare magistrum
Quinq; modis fieri quod mea metra mouent.

Primus modus honorandi magistrum:

Primo pacifica vita sapiente faceta.
Effectus causam dat bonus esse bonam
Signant discipuli morum bene tramite recti
Quod doctor proprius morigeratus erit.

500 **A**ddita stulticie vitijsq; scientia multa
Huius ⁊ istorum non nisi lumen erit
Ab fiat clamores verrida bella tumultus.
Si ludis ludo ponere disce modum.

Te laudet statio dormitio sessio sermo.

505 **N**on tibi sit nimium risus in ore frequens.
Sis vbicunq; velis regimen potiaris honestum
Tam veniendo scholas quam redeundo domum
Non tibi sit cursus verrida nula plateis.
Non lapidis ictus non baculiq; sonus.

510 **N**ulla canum fiat furiosa citatio clamor.
Sit gressus gestus lingua modesta tibi.
Si socii faciant nimis intolleranda nocentes
Doctori tibi non vltio digna licet.

Instrumenta scholis solatia sibila cantus

515 **T**alia nulla moue si quis abesto mouet.
Dumq; moraris ibi facienda comestio non sit.
Non miranda ferens non nouitate studens.
Sis totus coram proprio doctore facetus.
Sis inter socios sis vbicunq; potes.

520 **N**am coram proprio virgam doctore tenebis
Nec baculam nisi sit congrua causa mali.
Non te presumas in eadem sede sedere.

Annuat aut iubeat ni prius ille tibi.
Si manibus habeas fructus flores ve decentes
525 Offer ei capiet pignus amoris eris
Tam persecutari quam respondere sedendo
Vites doctiori rusticitate carens.
Cum doctore loquens caueas os ferre propinquum
Ori nequa lues eius in ore fluat
530 Promptus ad obsequium surgas reuerenter honores
Cum coram transit ac ubicunq; vides
Ire redire sequi te significatio paratum.
Reddere proficuum reddere grande decus
Grandius obsequium quo sessio; egeris illi.
535 Tanto plus grande plus tibi laudis erit:
Semper eum laudes si quis culpauerit illum
Defendas presens esto fidelis ei
Semper eum dominum simul atq; vocato magistrum
Totus honor tuus est cum decorabis eum.
540 Eius velle sciens sine iussu perfice promptus.
Non eius at domine redde vocatus ei
Mittere propter eum reliquos decorare magistrum
Laudem pro modico lingua faceta meret:
Si comitaris eum fac nefis breuius aut par
545 J. post: non longe ne quasi solus erat.
Si magnus dispar fueris quandoq; magistro.
Ferre non penitus te decet ire parem
At dum discipulus doctoris dogmate degis
Si quoq; rex esses vsq; preire caue
550 Si post te videas venientem cominus bere
Cede salutat transseat ille locum
Si quid eum strantem vel euntem poscere flagras
Nunquam post dorsum verba sed ante feras.
Eius velle sciens sine iussu perfice promptus.
555 Non eius at domine redde vocatus ei.
Si cum quo loquitur caueas accedere sponte

- Verba nec auscultes que referantur ei
Illo si coram liceat tibi forte sedere.
Sic sedeas ne sis in cruce crura tenens.
560 Versus eum versus caueas ostendere tergum
Surgere letanti fronte paratus eris.
Sermones alijs si premiscere videbis.
Fac comitatus eum ne videre loquar
Ille velut dignus serus vtriosqz salutet.
565 Et resalutet eos sit tua lingua breuis.
Eius de manibus si quid cecidisse videbis
Suscipe continuo porrige promptus ei.
Virgam cultelum vel quid si porrigis illi.
Partem porrigito que magis apta capi.
570 In thalamo clausum si forte poposceris illum
Hostia non subito te referare decet.
Primo significes pulsu vel voce citando
Rusticus aut audax ni facis istud eris.
Non per scissuras spectes quid fecerit ille
575 Et non auscultes ceu latro verba latens
Quandocunqz tuum doctorem surgere cernis
Ut decoret quemquam tu quoqz surge simul
Si verris aut si qua moues aut excutis ipse
Fac coram puluis ne moueatur eo.
580 Si quid dedebeat doctorem forte videbis
Vincillum cauet te sollicitare decet.
Corpore defectus aliquos si forsan habebit:
Nec coram nec clam rideat nullus eum.
Plus anime titulus quam carnis forma notetur
585 Non ridetur homo taliter immo deus
Non furiosus ei conare resistere verbis
Eloquio dulci vince benignus eum
Ne sis in motu coram doctore legendo.
Non linguam digito velle iurare decet.
590 Ipsum diligit metuas pro patre teneto.

Cum tibi sit vere moribus arte patet
Dat tibi diuitias thesauri nobilis ille.

Cui conferre nequis istius orbis opes

Corporeis rebus genitor tua corpora pascit.

375 Perpetuis animam sed fouet ille cibis

Non fueris solum coram doctore facetus

Sac mores laudet sexos vterq; tuos

Ab luce mane manus faciem si tempus habebis

Regmina membrorum membraq; munda tene.

600 Imbre scholas madidas non intres vel niue tectus

Ut potes excutias excutienda prius

Ex te si sputum vel si qua superflua pellis

Qualiter eutias aut vbi cerne prius.

Nulla lues naris vel defluat oris ab alto.

605 Ne male quo casu quid maculetur ea.

Cum socijs ludens ludo potiare faceto.

Non alijs tua sint dicta vel acta rubor

Tunc animum si te socius derideat arte

Ne plarius risus causa si ira tene

610 Est pro villano villanum reddere stulti

Non patiens sed agens rusticus esse meret.

Ex socijs si quis pariat fidus adesto

Promptus ad obsequium compariare iuua

De te mente tua veritas fore quicquid agendum

615 Velles in simili conditione tibi.

¶ Secundus modus decorandi magistrum.

Doctorem modus est si vis decorare secundus:

Ut discas totis viribus ipse tuis

Nam bene si discas poscet quis tibi doctor:

Doctoris laudes inde sequetur bonor.

620 Te bene discente bona quattuor ista sequentur.

Laus decus vtilitas primitus ista tibi.

Hec eadem proprium doctorem deinde sequentur.

Qui splendore tuo glorificatus erit.

Caros preterea sic letificabis amicos
625 **U**t de te sperent luca decusq; sequi.
Deniq; confundes inimicos absq; reatu.
Fama tue quotiens laudis adhibet eos
Non aliter melius confunditur inuidus hostis
630 **Q**uam quando noscit quod sapienter agas
Hec sine peccato vindicta fit absq; periculo
Rusticitate caret pondera laudis habet.
Intendas igitur studio discendo libenter
Ne pigeat magno magna labore peti.
Querere ne pigeat thesauri mobile lucrum
635 **Q**uem fur furari demere predo nequit
Hunc non grandio potest non alea demere non vis:
Non quocunq; seras te granat eius onus.
Si quoq; contingat bona perdere temporis huius
Nunquam te vita deserit ille tua.
640 **D**octor quando docet sileas des prouidus aures
Et cor aspiciat frons tua versus eum
Non nunc illo sum nunc horsum lumina vertas
Aspectu vario mens variata datur
Scribendi studium vites ceu dulce venenum
645 **G**rammaticus fieri si cupis ipse bonus.
Tertius modus decorandi magistrum.
Tertius ecce modus decorandi promptus obedi
Que tibi precipiet cuncta fidelis agas
Fac cito dilecte facie sine murmure leta
Non excuseris quando fauere uales.
650 **N**on excuseris nisi sit iustissima causa
Si quod pro si ei stare vel iure iubet.
Consilium doctoris habe. hac missus ab illo.
Promptus eas redeas ⁊ sapienter agas
Quando reuer sus eris referas rem protinus illi
655 **N**e coluo factis assimiliare tuis:
Aptum doctorem nunquam mutauerit ab re:

Ut sedes multas ne videre scholas

Cunctis post positis ad eum precurre vocatus

Non quid vult aut cur te vocet ille petas

660 Ante quidem solitam tibi si contingeret horam

Cedere fac doctor annuat ante tibi.

Cum recipis serulam reuerenter porrige stat vir.

Ac discipline cuilibet aptus eris

Ceu morbi causam medicina repellit amara

665 Verba sic vitij sunt inimica feris.

Verbera doctoris patienter suscipe dignus

Si quoq; non dignum verberis esse putes

Iusta vel iniusta fer verbera verba magistri

Hec dedigneris sed patiente agas:

670 In te quicquid agat intentio sit bona credas

Cum doctore tuo ne placitare velis

Hostis blanditijs carorum verbera prestant.

Que fel sanificat sepe mel egra fouet.

Si te quam reliquos grauiori verbere punit

675 Quod te plus alijs diligit ille putes.

Nam natum cui plus blanditur simia pinguem

Venator citius decipit arte sua.

Est doctoris amor non verus parcere virge

Quem plus doctor amat corrigit ille magis

680 Quanto maior eris humilem plus esse decebit

Ut te sublimet philosophia magis.

Discipuli formam qui vult bene discere sumat

Regis francozum si quoq; natus erit:

¶ Quartus modus decorandi magistrum.

685 **Q**uarto doctori si reddere possis honorem

Sit merces alacris integra sponte cita.

Est etenim dignum quod mercenarius omnis

Pro mercede sua premia digna ferat.

Qui cito letanter plene dat tempore bisdat.

Qui facit e contra iustus esse meret.

690 **S**olvere doctore qui negligit aut dare non vult
Se quam doctorem negligit ille magis
Doctore causam prestat turbamini ille
Sepe suos nummos hic petit ille ruber
Discipulum talem vir doctor diligit vllus
695 **S**epe libris spoliat sepe repellit eum
Ergo citus solvas sic aparere magistro
Coram securus de ratione vales
A doctore datur possessio nobilis intus
Cui data conferri premia nulla valent

¶ Quintus modus decorandi magistrum.

700 **Q**uinto largiri nitaris munera sepe
Ad munera quam precio plus decorabis eum
Doctorem gratis est lucrum vincere donis:
Denarius solidum dans ratione datur.
Inter discipulos sic te cognoscer: amabit
705 **O**mnia sic poteris poscere tutus eum
Tutius accides ad eum tibi nulla verabit.
Si que iusta liquent si vel honesta petes
Sic te niterur cura maiore docere
Sic tibi consilium subsidiumqz dabit:

¶ Tertia q̄ est assiduitas legēdi accipit duob⁹ modis.

710 **S**i legis assidue sic tertia clavis habetur:
Quod duplici fieri dat mea musa domo
Primo supresse nullo clamore legendo
Vor intellectum prepedit alia suum
Actorem proprium ledit modus ille legendi
715 **I**mpedit ⁊ socios mens studiosa quibus
Post hec distincte quicquid legis ipse norabis
Ut melius capias corde quod ore legis.
Ut melius valeas reliquis cor: surripi curis:
Discere totalis sit tua cura simul.
720 **N**on te decipiat vigilandi tempore somnus:
Nullaqz pigrities sit tibi causa nocens

Factua sepe scole tibi sint viridia festa
Libri sint viole lilia pura rose
Adentis tora tue sit delectatio prorsus
725 Lectio ne pereant tempora cara tibi
Si quandoq; piget tamen interpone quietem
Continue tensus molliter arcus agit.
Cum tempus fuerit solatia quere modesta
Post hec ad studium cum petit hora redi.
730 Detur hyems estas autumnus vterq; labori;
Perdita restitui tempora nulla valent.
Ne vanus fias consortia despice vana
Adoribus ⁊ studio consonare datis
Vana super speculas raro meditamina queras
735 Fac lateas potius clarius ipse leges
Atq; legas melius tibi victu sobrius esto
Erapula discipulis ebrietasq; nocent
Custodi libros est querere perdita graue
Qui bene conseruat rem reperire valet
740 Non decet immundis manibus te voluere dicas
Abunda petunt mundas sepe voluta manus
De quarta claue que est frequens interrogatio.
Quauis quarta monet dubitata rogare frequēter
Omnis enim patefit sepe rogando via.
De regimie doctorū tertio: ⁊ diuidit q̄tuor modis.
745 Quasi sit postremum tradendo viriliter artem
Quattuor hec ratio postulat esse modos
Primus modus.
Primo continues studium dum tēpora prestant
Aut alios doceas aut tibi sepe legas
Fac tibi sis merita dignus mercede recepta.
Ars tua te laude: decet honore: leuet
750 Exige sic faciens mercedem more virili.
Nam mercede carens pena dolenda labor
Ne spernas inopes euanuis non soluere possint

Pro quibus archa dei munera multa dabit

Si quis & extrema sit paupertate grauatus

755 Induc discipulos huic pietate frui.

Promoueat properata tuos doctrina scolares

Qui sint in populo lux tibi fama decus

Non igitur pigeat pondus sussterre laboris:

Ne stertas tempus cum vigilare petit

760 De sine cum studij te postulat hora vagari

Adus furit & ledit cum catus omnis abest.

Ebrietas non impediat nec crapula mentem

Subdita corde gula victa vigore caret

Et si te quisquam dubitans interroget ipsum.

765 Dulce satiffaciat lingua suavis ei.

Preterea doceas distincte conta legendo

Ordine si careat lingua placere nequit.

Confusus sermo non. det pro luce tenebras:

Abiq; modo fufus tedia sermo parit

770 Nunquam verba vigēt non intellecta docentis.

Frustrificare negant semina sparse male.

Explicit liber primus huius libri. Incipit secundus
de regimine magistrorum.

Iam rudibus clauēs patuerunt quinq; sōphie

Doctorum regimen dat modo cartba sequens;

Hec tria prudenti sunt obseruanda magistro:

775 Quis sine non tanto nomine dignus erit.

Primum quod debet obseruare magistrum.

Primum discrete se primo corrigat ipse.

Sit sua discipulis vita magistra suis.

Aniuis caueat virtutibus hereat asint

Fastus auaritia luxurieq; finis.

780 Doctorem dignum non sola scientia reddit

Adoribus ars sterilis: est bolus absq; sale.

Se bene doctor agens duplici fit dignus honore

Ac peccans duplici verbere dignus erit.

Ergo viam rectam capias sine crimine p̄imus

85 Et sic secure corrige: solue: liga.

Est scriptum gratos fructus bona parturit arbor

Nam talis fructus qualis ⁊ arbor erit

Victrū vestitu te ceu res postcit honores

Discipulis bonorū est nam tuus omnis bonor.

70 Non homo plus valet quam se facit ipse valere

Glorificat dignos vestis honesta viros.

Vestes non curtas sed tanquam clericus esses

Longas ⁊ latas sufficienter babe

Semineos comptus longos fuge ferre capillos

95 Omnia vana cauens artis honore tue

Sac vt sapienter eas decet vt sociatus honeste.

Norma magisterij querit honore frui.

Doctores socios artis decorabis amando

Ceu caros fratres inuidiamq; fuge

80 Non tua sublimet te vox: nec deprimat illos

Non detractoris more nocere iuuat:

Artis fac studium non sollicitamina vana.

Discipulos multos acumulare tibi.

Dum decores artem decus ars dabit ⁊ bona lucra

85 Qui caret arte bona viuere fraude parat

¶ Secundo preceptor ista debet obseruare.

Quibus vt proprios informes ecce secundus

Discipulos artes moribus absq; nocent

Euulsis vitijs virtutes insere liber

Ne timeas prauos fuste domare tuo

80 Ne patiare malos laxis transcurrere frenis

Quando recalcitrant vt ere calcar eis

Si quis ⁊ in domitus p̄paraonis corde potitur

Asorbifera potius peste carere velis

Fermenti modicum paste corrumpere molem

85 Ac solet immensos paruula flamma rogos

Ne timeas vt deficias pellendo venenum

E

Usq; inuat dominos ars bene recta suos
Discere videas vbi quando qualiter ex quo
Discipulum serias ne furat ira nimis:
820 De digitis baculum seriens ne feceris ipse
Non penam secum participare velis.
Quantumcunq; potes vitijs prohibeto potiri
Si facis hoc etiam celica dona meres
Qui datus est beresi: fac ne tua recta subintret
825 Demone displiceat fortius ille tibi.
Fur taxilatur mendax rixator adulter
Absint ne vitijs hos patiare frui:
Usu si quis habet domino maledicere celi
Aut domitus redeat aut refugabis eum
830 Si quis patre carens matri maledixerit vsu
Ce u pater hoc illi ne patiare scelus.
Maiores nunquam toleres violare minores
Extinguas strepitus prelia contra manu.
Discipulos in pace tene verridia sterne
835 Est vbi pax studium pingue vigere valet.
Quantumq; vagos poteris prohibeto vagari
Rustica ne velis dicta vel acta pati
Moribus ⁊ studio laudans hortare iugatos.
Blandia verecundis sit pia lingua pijs
840 Plene soluentes ⁊ munera grata ferentes
Cognoscas decores auxiliieris eis
Adunera suscipiens plene laudare memento
Fac ne dent frustra munera grata tibi
Nam recte qui sic faciunt addiscere querunt
845 Tales sunt digni laudis honoris opum
Instrue sollicita moueas generaliter omnes
Ut studeant caueant vt sapienter agant
Fac memores hortatus eos bona quanta sequenter
Intum ⁊ si repleant oberis arte ope
850 Preime mores que lucra decus que gratia que vox

Quantus apud mundum fructus apudq; deum
Quis dolor: econtra quod erit solamen amicis:
Si bene discendo se sapienter agant
Plus quandoq; valent quam verbera talia verba
855 Accedunt animant ad meliora bonos:
P'remonitos facias si quo transmissis illos:
P'udent auctores ordo modusq; suos
Nulli vicino pro'sus parere noceri.
Plus prope vicinus quam procul orbe parens
860 Inter vicinos resonent bona cantica de te:
Ibi prodesse valent hiq; nocere tibi
Si recum multos ducis sociandus ab illis
Ordine p'remoneas utq; decenter eant:
Facthalamos propria presentia sepe requirat
865 Ut videas quid agant plusq; timoris erit
Adoribus errare quod vederis argue tute
Sepe pigros stimules indomitosq; dome.
Sint alienigene tibi cure sis pater illis
A patria mori qui tua tecta petunt:
870 Omnes sepe mone domini mandata timere
Atq; quod impensent de meliore via
Adillas sermones ut vel loca vel sacra frequenter
Sepe valet monitus ad meliora frequens
Ieiunandi eum p'renuntia lingua dierum
875 Sit tua discipulis pro'sit ut illud eis
Dilige ceu vatos: horteris dirige serua:
Hospitio ne sint vlla pericula caue
Solicicudo frequens tibi sit: ne culpa tuorum
Det subito casu damna dolenda foco:
880 In thalamo sapiens vbi videris esse periculum
Candele: prohibe ne teneatur ibi
Ut decet hospitium te mundificare iubeto
Hospitijs est mundi nuntia munda domus
Palcra decet sedes cui congruit alta magistrum

- 885 Discipulosq; decent ordine banca tuos.
 Omnia quod vir sis tua dent decorabilis acta
 Laudent auctores ordo modusq; suos.
 Doctorem doctos socios contabere sepe.
 Et minimos etiam discere si qua vales.
- 890 A minimis dubitaris non dedignare doceri.
 Ut sublimeris tutius imma petas.
 Damnas elatos est indignatio stulta.
 Nam facit indignos nobilis artis eos.
 Te quoq; si socius dubitans interroget vllus.
- 895 Doctus eum leta fronte docere velis.
 Hec tria te moneo: vis quando rogare magistrum
 Primo suppliciter lingua benigna roget
 Impetrat auratum responsum sermo benignus
 Adel cor dulcorat mollia dura mouent.
- 900 Conueniens tempus rursus discerne facetus
 Est sermo verax omnia tempus habent
 Demum cerne locum sapientis vbiq; rogare
 Non est vult certum res sibi certa locum.
- De quinta clauē que est memoria retinendi.
- 905 **Q**uia quinta monet retineri dogmata mente
 Quia sine patrande perditur artis opus
 Hanc querens perfecta legas repetendo frequenter
 Acquirat stabilem lectio crebra locum
 Sepe docens alios melius possessa tenebis
 Artem distribuat: plus erit aucta tibi
- 910 Namq; data crescit crescere nescit si taceatur
 Ut quoq; plus memores cum multis plurima confer
 Ex ferro ferrum sic tenuatur enim
 Si repetis repetita doces conferq; frequenter
 Hec mentem memorem sepius acta dabunt
- 915 Clauibus hīs habitis poteris reperire sōphiam
 Quia decus et lucrum sub tua tecta fluent
 Ante quidem quas lingua scholis documenta seriscat

His primo metris inuocet illa deum.
Matris amore tue mibi sit tua gratia **Chriſte:**

920 **Ut** mea fructificet nomine lingua tuo.

Post hec incipiens ſuppreſſa voce docere.

Paulatim tenuet lingua perita ſonum.

Quantumq3 potes dicens immobilis eſto.

Exterior vagitans cor narat eſſe vagum.

925 **N**on tua membra tibi ſint inſtrumenta loquendi

Nam ſoli lingue conuenit illud opus

Tertius ecce inodus ſtudeas tibi ſepe legendo:

Prouideas erret ne tua lingua docens

Ad fora ſtultus iens ſtultus remeabit ⁊ inde

930 **P**ost non penituit qui fuit ante cauens

Teſtibus atq3 bonis rationibus eſto paratus

Proſicit armorum copia grata uiris

Cura ſcribendi non deſit cura legendi:

Lectio negligitur ſcribere quando uiget

935 **Q**uartus continuo latinis utere uerbis

Hospitio conctos omnia coge loqui

Concluſio huius operis.

Noſtre nunc claudam diſcrere lumina muſe:

Domne quod eſt nimium tedia ferre ſolet

Iſte liber merito ſit uita Scholaſtica dictus

940 **S**it Jeſu **Ch**riſto gloria laus ⁊ bonor.

Hec **B**onuicinus de **R**ipa noſcere lector

Si uis composuit carmina **D**ante deo.

S I N I S.

T De morte carmen horrendum.

Qua mors lege capit et magnos atque pusillos
Nunc hos: nunc illos precipitando rapit
Pauperis et regis communis lex moriendi:
Dat causam flendi si bene scripta legis.
Sustato pomo nemo transit sine morte
Vado mori certa quod nihil certius illa
hora sit incerta nec mora vado mori.
Vado mori sectans alios sectandos: et ipse
Ultimus et primus non ero vado mori
Vado mori presul banculus sandalia mitram?
Nolens siue volens desero vado mori:
Vado mori monachus mundi moriturus amicis
Ut moriatur amor vobis mihi vado mori
Vado mori iudex cum plures iam iudicaui
Iudicium mortis horreo vado mori
Vado legista mori quia sui defensor egenum:
Causidicus causas desero vado mori:
Vado mori lycos: alios concludere noui
Conclufit breuiter mors mihi vado mori
Vado mori medicus medicamine non redimendus:
Quicquid agat medici potio vado mori
Vado mori princeps quid prodest gloria mundi
Vado mori miles belli certamine victor
Sed mortem vincere nequeo vado mori
Vado mori pugil doctus superare duello
Sed superare necem nescio vado mori
Vado mori iuuenis quia nil valet ipsa iuuentus
De nece me protegi nequeo vado mori.
Vado mori senior iam finis temporis instat
Jamque patet mortis ianua vado mori
Vado mori sapiens. sed nec sapientia nouit
Mortis cautellas fallere vado mori:
Vado mori stultus: mors stulto nec sapienti

Non iungit pacis foedera: vado mori
Vado mori diues: ad quid mihi copia rerum
Cum mortem nequeam pascere: vado mori
Vado mori pauper nil mecum defero mundo
Contempto mundo transeo vado mori.
Vado mori pulcher visu: mors ipsa decori
Vel fortune nescit parcere: vado mori.
Vado mori gaudens: non gaudeo tempore longo
Abundi dimitto gaudia vado mori
Vado mori cultor: colligi farris aceruos
Quos ego pro vili computo vado mori
Vado mori miser: sententia dura beato
Grata mori sequitur viuere vado mori
Vado mori ciuis in cinerem ⁊ rediturus
Ordine quo coepi desino: vado mori.
Vado mori sperans per longum viuere tempus
Forte dies hec est vltima vado mori:
Vado mori: sed nescio quo vel quomodo quando
Ad quocunq; loco vertero vado mori
Vado mori cernens q; mors cunctis dominatur
Tensa videns mortis retia vado mori
Vado mori miserere mei res inclyte **C**hriste
Omnia dimittens debita vado mori.
Vado mori sperans vitam sine fine manentem
Spernens presentem sic bene vado mori.
Annuat hoc munus qui regnat trinus ⁊ vnus
Adors resecat: mors omne necat quod carne creauit:
Adors ferat: mors nequam: mors nulli percutit ⁊ equam
Cunctis dat legem: tollit cum paupere regem
Hec tibi sint menti carmen superare volenti.
CAdors equeat omnia.

S I N I S.

Cabius Mediolanensis Canonico ad pient. Iesus.

Iesu dulcis amor mea lux mea vita beatis
Quando ego vel pedibus basia mille dabo
An erit illa dies valeam qua infigere mille?
Mille iterum sacris basia vulneribus
Forsam ⁊ eueniet stillam desugere diui
Roris odorati balsama cuncta super
Felix o nimium felix si nostra beati
Adunere tam sacro pectora contigerit
Tunc ego nil dubium toto pulcherrime Iesu
Guttore decantem letus o sana pium
Solum etiam Iesu Iesu mea carmina solum:
Solum te Iesu guttura nostra sonent
Vobebum alij sedumqz iouem vel numina cantent
Que temeret inuexit vana supersticio
Solum te Iesu Iesu mea carmina solum
Solum te Iesu guttura nostra sonent:
Iesu etiam Iesu Iesu dulcissime Iesu
Iesu iterum Iesu Iesu iterumqz canam.

S I N I S.

L A U S

D E O.

Impressum Venetijs per Adelbionem
Sessa. Anno domini. MD. ccccviij.
Die. iij. Mensis Septembris.

